Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ACTVS

conuertendum et subito cadere
et mori. In aũt uno exspectantib;
et nidentibus michil mali fieri
contingere se dicebant eum deum
esse. In illis aũt locis erant predia
principis insule nomine publii q̃
nos suscipiens triduo benigne erbi
buit necessaria. Contigit aũt pa
trem publii febri et dissinteria ter
ratum iacere. Ad quem paulus ũ
uit. Et cum oraũ et inposuisset ei
manus sanauit eum. Quo facto
omnes qui in insula habebant infir
mitates accedebant ad eum et curabã
tur. qui etiam multis honoribus nos
honorauit. et nauigantibus ipo
sue runt que necessaria erant. Post mẽ
ses aũt tres nauigauim in naui al
exandrina. que in insula hyemauerat
cui erat insigne castorum. et cum
uenissemus syracusam mansimus
ibi triduo. Inde circumlegentes
deuenim rhegium. et post unũ diẽ
flante austro secunda die uenim
puteolos. ubi inuenis fratribus
rogati sumus manere apud eos
dies septem. et sic uenim romam.
Et ibi cum audissent fratres. occ
urrerunt nobis usq; ad appii forum
et tribus tabernis. Quos cum ui
disset gratias agens deo accepit fi
duciam. Cum aũt uenissemus ro
mam centurio tradidit uinctos
prefecto. Prius est aũt paulo
manere sibimet cum custodiente
se milite. Post tercium aũt diem
conuocauit primos iudeorum. Cũq;
uenissent dicebat eis. Ego uiri fratres
michil aduersus plebem faciens aut
morem patrium uinctus hierosolimis
traditus sum in manus romano
rum. Qui cum interrogationem de me
habuissent uoluerunt me dimit
tere eo quod nulla causa mortis esset
in me. Contradicentibus aũt iu
deis coactus sum appellare cesarem
non quasi gentem meam habens a
liquid accusare. Propter hanc ig
itur causam rogaui uos uidere et
alloqui. Propter spem enim israel cate
na hac circumdatus sum. At illi
dixerunt ad eum. Nos neq; litteras
accepimus de te in iudea neq; adue
niens aliquis fratrum nunciauit
aut locutus est quid de te mali.
Rogamus aũt te audire q̃ sentis.
Nam de secta hac notum est nobis
quia ubiq; ei contradicitur. Cum
aũt constituissent illi diem. uene
runt ad eum in hospicium plures
quibus exponebat testificans reg
num dei suadensq; eis de iesu ex
lege moysi et prophetis. a mane usq;
ad uesperam. Et quidam credebant his
que dicebantur a paulo. quidam ue
ro non credebant. Cumq; inuicem non
essent consentientes. discedebant dicen
te paulo unum uerbum. quia bene spi
ritus sanctus locutus est per ysaiam
prophetam dicens. Vade ad populum
istum et dic ad eos. Aure audietis
et non intelligetis. et uidentes uide
bitis et non perspicietis. Incrassatũ
est enim cor populi huius. et auribus grue